




# Quaestiones argumenti obstetricii

<https://hdl.handle.net/1874/292743>

QUAESTIONES  
ARGUMENTI OBSTETRICII.



QUAESTIONES  
ARGUMENTI OBSTETRICII,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

BERNARDI TER HAAR,

THEOL. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS MEDICAE DECRETO,

**Pro Gradu Doctoratus**

SUMMISQUE IN

ARTE OBSTETRICIA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA,

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

DEFENDET

**EVERARDUS HONKOOP,**

MEDICINÆ DOCTOR,

e pago Wormerveer,


A. D. XVII M. JANUARIJ ANNI MDCCCLX, HORA VII DIMIDIATA.

---

TRAJECTI AD RHENUM,

P. W. VAN DE WEIJER TYPIS MANDAVIT.

MDCCCLX.



## T H E S S.

---

### I.

Ligatio funiculi umbilicalis, quamvis non semper necessaria, prudentiae causa tamen maxime commendanda est.

### II.

Graviditas molaris immerito falsa graviditas vocatur.

### III.

Ab operationibus gravidae periculosis abstinere oportet, si parva tantum spes est, fore ut foetus vivus nascatur.

## IV.

Foetus perforatio interdum indicata est, etiamsi de morte ipsius non certo constet.

## V.

Graviditas menstrua non sistit.

## VI.

Gravidae nec mors, nec mors opinata partum violentum (*accouchement force*) requirit.

## VII.

Methodus sectionis caesareae instituendae, quam DELEURYE commendat, caeteris praferenda est.

## VIII.

Instrumenta, ad pelvem intus metiendam exco-  
gitata, prorsus rejicienda sunt.

## IX.

Kephalotribus armata ad excerebrationem, quam vocant, cum subsequente extractione aliis instru-  
mentis praferenda videtur.

## X.

Sympysiotomia rejicienda est.

## XI.

Caput natum trahere, quamquam non semper  
noxium, supervacuum est.

## XII.

Extractionem foetus versi, si praeter obliquam  
ipsius positionem nihil abnorime fuerit, cum JOERGIO  
reprobamus.

## XIII.

Forceps nunquam in diametro pelvis recta  
applicandus est.

## XIV.

Infantibus, lacte materno non utentibus, lac animale  
optimum nutrimentum est.

## XV.

In situ foetus transverso vagina parturientis  
oppienda est, ut praematura membranarum ruptura  
praecaveatur.

## XVI.

Si pars funiculi umbilicalis prolabatur et reponi nequeat, partus quam citissime absolvendus est.

## XVII.

Clumibus praeviis, in quarto partus stadio, si metus est, ne funiculus umbilicalis prematur, ligari debet.